UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Qui morbo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96119

Visual Library

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Intellige hoc verum niſi aliter cõſuetudo ſe haberet ſecundum Bar. in l. prima infra de auro coronario. Quid in doctoribus, an excuſentur ab oneribus, vide Bart. in l. humilioribus. de ſuſcep. ⁊ arca. Barto. ⁊ ibi dixi in l. iij. de mulieribus, ⁊ in quo loco. Item in verbo, bene addiſcat, dicit tex. in c. nemo de penis. in vj. quod diligenti ſtudio poteſt quis proficere quod in iuuentute omiſit, ⁊ ideo Accurſius gloſſ. noſter quando incepit ſtudere erat etatis xxviij. anno. ⁊ tantum floruit, vt not. gl. in aut.

LEX II.

a **Cum filios.** [a] Lex iſta idem dicit quod precedens niſi quod dicit quod ſtudentes liberantur a perſonalibus muneribus, non autem a patrimonialibus. Iſtud vltimum non eſt in precedenti, hic non ſunt alia.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Et gloſſ. hic dicit de patre, ⁊ filio, vide Bald. in l. fi. in fi. de impu. ⁊ alijs ſubſtit.

LEX III.

Manifeſti. Maiores quinquaginta quinque annis excuſantur a muneribus perſonalibus, non patrimonialibus. h. d.

Qui morbo. Rubr. L.

LEX I.

Si ea cecitate. Orbatus vtroque oculo excuſatur a muneribus perſonalibus, ſecus ſi vno tantum. h. d. Not. gloſ. poſitam ſuper hac lege, quia hoc eſt verum in muneribus perſonalibus, que opus corporis exigunt, vel requirunt ſecus conſilij. hoc dicit.

LEX II.

Cum auriculari. Alias articularis. Debilitas propter morbuz habet excuſationem. h. d. Quero quid ſit morbus articularis. Glo. reſpondet ⁊ bene, non intelligas de morbo propter quem aliqualiter debilitetur auditus, quia tunc non haberet excuſationem, vt l. fina. ff. de leg. tut. Sed intelligas de tali morbo auriculari propter quem totum corpus debilitatur.

ADDITIO.

1 ANGEL. ¶ In tex. ibi, debilitatum. † Not. q̄ tunc dicitur quis debilitatus quando aliquis ſenſus perditur, ⁊ facit ad queſtionem ſtatuti punientis pro membro debilitato, de quo dixi in l. nationum. §. de decu. ALEX. ¶ De hoc in iiij. c. de cenſibus, ⁊ conſuluit do. Angel. vt refert. Ludo. in not. litera c. no. vj.

LEX III.

1 **Podagre.** † Circa iſtos podagros ſic diſtingue, quia aut querit vtrum habeat excuſationem tempore quo illa podagra grauantur ita quod ambulare non poſſunt. Et dic quod ſic, vt hic in fi. ibi vocari non patietur. Aut queris vtrum habeat vacationem ſimpliciter, ⁊ omni tempore, quia podager, ⁊ tunc ſi quidem propter illam infirmitatem intantum debilitatus eſt quod ambulare non poteſt, ⁊ ſuis rebus non poſſet ſupereſſe, ⁊ habebit immunitatem, vt §. l. proxim. ⁊ hac l. ij. reſponſo, ⁊ ff. de vaca. mune. l. penul. in princip. Aut non eſt ita debilitatus, ſed quandoque vexatur, quandoqz non, ⁊ tunc non haberet excuſationem, vt hic in princip. ⁊ §. de decur l. iiij.

LEX IIII.

Caſus. Infirmitas patris non liberat filium a muneribus perſonalibus. h. d.

De his qui numero liberorum, vel paupertate excuſationem meruerunt. Rubr. LI.

LEX I.

Numerus. Iſta lex cum ſequẽt. ſunt clare, quas leges proſequere, ⁊ diſtingue, vt in gloſſ.

LEX IIII.

Cum facultates. Diuitie filiorum non onerant patrem. h. d. ⁊ lex ſequens dicit hoc. Sicut pater, ita ⁊ mater excuſatur propter numerum liberorum. hoc dicit. Hic non ſunt alia.

LEX VI.

Eos qui. Numerus liberorum excuſat patrem non filium ſi ſufficiens reperitur. Itẽ propter paupertatem a muneribus excuſatur. h. d.

De profeſſoribus & medicis. Rubr. LII.

LEX I.

Cum te. Medicus donec ſit in exercitu habet immunitatem a muneribus perſonalibus non poſt, niſi alio priuilegio, vel alia cauſa excuſetur. h. d.

LEX II.

Grammaticos. Doctor qui non legit vtiliter ſcholaribus poteſt reprobari. h. d. in ſumma, ⁊ facit ad l. ff. de excu. tuto. l. ſed
a ⁊ reprobari. [a] No hanc l. contra inſufficientes doct. vt poſſint re-
b probari, non obſtante ꝙ receperint inſignia doctoratus. [b]

ADDITIONES.

a ¶ Sed ⁊ reprobari. Et ibi vide Nico. de Nea. qui refert quod epiſcopus Capuanus faciebat examinari reuertentes ex ſtudio doctores, ⁊ ſi erant inſufficientes lacerabat eis priuilegium. Vide gloſſ. in c. veniam. xxxv. q. ix. que dicit quod ſi apparet electum ad falſum rumorem preſentantium eum doctum, nõ eſſe doctum, debet caſſari electio. Facit quod not. Io. And. in addit. ad Spec. in rub. de preben. vbi ponit de vaſallo qui putatur robuſtus ⁊ non erat, quia poteſt feudo priuari. Item facit etiam quod not. Ioan. Andr. in addi. Spec. in rubr. de iure patr. ſuper ru. vbi ſingulariter tractat quod epiſcopus qui ordinauit aliquem ad ſacerdotium, poteſt eum repellere propter inſufficientiam ab eccleſia curata non ſolum adepta, ſed etiam adipiſcenda, etiam ſi bis promouiſſet eum ad curam per rationes de quibus per eumq; que fuerunt Old. licet ipſe non dicat conſi. xciij.

b ALEX. ¶ Adde † quod ſemel reprobatus non poteſt poſtea iterum doctorari, ſecundum Bald. in l. ij. in fin. per illum text. §. de lib. ⁊ eorum lib. ¶ Not. contra doctores legentes ad pompam ⁊ contra doctores indoctos, ⁊ ideo dicit gloſ. in cap. cum beatiſſimus. xxiiij. queſt. j. quod monet ſcholares audire optimum magiſtrum. Et adde ad hoc glo. in l. nulli, de decur, que dicit quod indoctus non poteſt facere alium doctorem, ⁊ Bald. ibi exclamat contra doctores indoctos, ⁊ adde text. in l. j. ⁊ ibi Bar. de ſtudiis lib. artium. facit Bald. in c. j. in princip. quo tempore miles, vbi dicit quod indocti incumbunt cathedram, non inſident, ⁊ Cyn. in l. munus, ⁊ ibi Angel. de acqui. poſ. §. Bal. in l. j. quiꝛ aduer. quos, vbi dicit in defecto dello buono lo triſto ſede a bancha, facit in cap. multi ſacerdotes. xlj. diſt. in verſ. qui male ſedent. Angel. in l. j. §. initium. verſi. pueritiam. ff. de poſt. vbi dicit quod indocti debent dici legum dolores, ⁊ Ange. in l. eum quẽ temere de iud. vbi dicit Bart. in l. j. de ann. ciui. qui neſcit legere, dato quod habeat ſcholares non debet habere ſalarium, vbi glo. dicit quod ſcholaris doctus preferendus eſt doctori ignoranti, gl. in cle. ij. in verſ. honore de magiſtra. quod aſſumens gradũ doctoratus indigne peccat mortaliter ad quod cap. ſi laicus. xxxviij. diſt. plꝰ do. Fr. ſ. Tig. de Piſis in l. ſemper. §. fin. dixit, quod indoctus poteſt expelli de collegio illius artis, ⁊ domi. Domini. in ca. que de epiſcopis, xxxviij. diſtin. vbi dicit quod carens libris opportunis non meretur doctor dici.

LEX V.

Nec intra. Non ſufficit eſſe de collegio medicorũ, niſi ſpecialiter immunitas ſit conceſſa.

LEX VI.

2 ☞ Doctores non poſſunt capi perſonaliter, nec aliquo modo vexari.

1 **Medicos.** † No. hanc l. quod doc. legum ⁊ aliaruz ſcientiarum habent immunitatẽ etiam
a a muneribus patrimoniorum, ⁊ ſic non poteſt de iure eis
2 imponi collecta. [a] Item not. † quod non poſſunt capi perſonaliter
b vel duci ad curiam, vel aliquo modo vexari, [b] ⁊ ſic familia non de-
c bet ipſos docto. ſcrutari de armis.

ADDITIONES.

a ¶ Collecta. Adde Fran. de Albe. in ſuo conſi. incip. in Dei nomine amen punctus talis eſt magiſter Cechinus, ⁊c.

b ¶ Vexari. Adde quod nec torqueri, vt per Cyn. in l. milites. C. de queſtio. niſi prius degradetur, vt eſt text. in l. fi. §. de mal. ⁊ mathe. ibi dignitate exutus adde quod no. in apoſt. ad iſtũ in l. j. nu. ij. in ver. poteſt. j. de decur. li. xij. vbi pono conſuetudinem in contrarium non valere per text. ſing. in l. omnes iudices, vbi dixi in apoſt. ad iſtum §. de decur. iſto lib.

Armis